



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatvs
Tres spirituales**

Arias, Francisco

Coloniæ Agrippinæ, 1603

I. Tractatvs De Profectv Spirituali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

TRACTA-
TVS DE PRO-
FECTV SPIRI-
TVALI.

PRAEFATIO.

VT intelligatur, quàm necessarium,
quantiq; momenti sit, eos qui semel
vera pietatis exercitationi se dedi-
derunt, rectè informari, quemadmodum
semel inchoatam piè viuendi rationem cō-
stanter persequantur. progressumq; indies
in diuino seruitio faciant, ac media in eun-
dem finem necessaria & Salutaria vsur-
pent: principio declarandum est, quàm gra-
tum sit Deo huiusmodi progressus, quan-
tumque commodorum tam spiritualium
quàm temporalium in Ecclesiam Christi,
& Rempublicam Christianam inuehere
possit, ob ingentem caelestium beneficiorum
copiam, qua Deus tales remunerari & le-
cupletare solet.

CAPVT

TRACTATUS DE
CAPVT I.

QVAM GRATVS SIT DEO
hom o profectu spirituali studi suo.

GERTVM est quemuis homi-
nem iustum, hoc est. gratia
diuina præditum, quocūq;
tandem in gradu gratiæ sit
cōstitutus, coram Deo esse admodum
gratum & acceptum. Verū si collatio
inter iustos instituatur, magnum in-
tercedit discrimē: nec enim obcurum
est eos qui diligentes, feruentesque
sunt, & in dies conantur in cursu pie-
tatis progressum facere, eaq; opera im-
primis exercere, quæ Deo norunt gra-
tissima, maiore loco, gratioresque esse
apud Deum, quam sint alij multi, licet
iusti, qui de profectu parum solliciti,
id tātum cauent, ne lethali aliquo lap-
su diuinam maiestatem offendant. Si-
militudine res fiet clarior. Sit Domi-
nus, cui famuli sint quinquaginta, mā-
dat omnib. vt ad quotidiana ministe-
ria domi forisq; sint prompti, exeuntē
comitentur, nihil alienum surripiant,
imperata in omnibus faciant: Sed hac
adiecta cautione, vt si quis notable
futu fecerit, si in negotijs magni mo-
menti

PROFECTV SPIRITVALLI. 3

DEO
i. su.
romi-
gratia
ocūq;
tiz sit
odum
illatio
m in-
urum
es que
u pie-
ra im-
et gra-
ne esse
i, licet
liciti,
o lap-
at. Si-
omi-
a, mā
misse-
untē
iant,
d hac
abile
mo-
enti

menti ipsū, vel alios graues viros frau-
dant, si seruorum aliquem vulnerarit
vel pulsarit, norit se vel capite noxam
laturū, vel in perpetuas tritemes com-
pingendū: Sin in leuiorib. tātum deli-
querit, etiam si sibi ea ne bilem cōmo-
uisset, vel molestiā aliquam procreas-
set, non ideo aut vita priuandum, aut
domo seruitioq; abigendum, sed leui-
ori p̄na multandum, vt relegatione
in duos tresue menses, vel stipendij
cōsueti imminutione. Ex his igitur fa-
mulis, quadraginta nouē veriti, ne dis-
crimē vitæ incurrant, aut ædibus ex-
turbentur, aut gratia & beneuolentia
Domini excidāt, multa quidē clāsurri-
piunt, sed parui pretij; crebro menda-
ciolis, alijsq; fraudibus Dominum cir-
cūueniūt, sed leuioribus à mutuis ver-
berib. & pugnis quidē abstinēt, sed nō
à clamorib. & rixis: Vnus verò tantum
famulus est, qui studio duētus Domi-
no placendi in omnibus, nihil omittit
quod Dominū offendere possit, ne mi-
nimā quidē rē alienā in suū vsum cō-
uertit, nullo mēdacio fallit, mādata se-
dulō præstat, et si tarditate aliquādo de-
linquat, mox ybi sese collegerit, lapsū
corri-

6 TRACTATUS DE

delictum labatur, exemplo dolet & resipiscit. Aures quoque diuinis inspirationibus, quibus Deus voluntate sua patefacere solet, prebet, eisque obsequi conatur. Et quoniam in magno preuo habet eiusdem consilia, multa quoque ex illis obseruat. Ad hæc crebris misericordiae, humilitatis, penitentiaeque operibus, quæ scit deo esse peigrata, licet nulla lege imperata fuerint, libentissimè se exercet, ut tanto amplius diuinæ maiestatis benevolentiam sibi conciliet.

Ex his seruis in gentem Deus in ecclesia sua numerum habet, sed alios alij sanctiores & prouectiores: qui oculis diuinitatis suæ conuertens in id quod ratio, lexque eterna postulat, hunc seruū diligentem & proficiendi desiderio flagrantem pluris æstimat, quam magnū numerum lentorum & tepidorū, maioremque ex huius vnus, quam ceterorū omniū officijs & ministerijs, capit voluptatē. Nec mirū. Sæpe numero si quidē contingit vnū aliquē dei seruū fructus spiritualis cupidū, velut quotidie maiore semper accessione facit ad gratiā & amorē Dei, ita plus gratiæ colligit à Deo, quā alios quam plurimos, qui

nulla

PROFECTV SPIRITVALI. 7

nulla cogitatione de quotidian o fr
ctu suscepta, languidè Deo seruiunt. In
hâc sententiâ B. Greg. alijque sancti ex-
ponunt illud dictû CHRISTI. *Maius gau-*
diû esse in celo super vno peccatore pani-
tent: a agente, quàm super nonaginta no-
num iustis, qui non indigent penitentiâ.
Volunt. n. illud intelligi, non de quoli-
bet peccatore penitentiâ agente, sed de
eo qui intimo animi sensu antea ctè vi-
tè errata deplorat, & magno seruore no-
uâ vitæ rationè est ingressus. Quod si
de quouis peccatore, quæ multorû est
opinio, intelligatur, tunc nomine *maio-*
ris gaudij, accipi nõ debet gaudiû es-
sentiâle vel principale, q. nascitur ex æsti-
matione & amore rei de qua gaudem.
(Sic enim Deo angelisq; maius gaudiû
esset de iusto maiori gratia prædito,
quàm de peccatore pænitiâ agentem,
& accidentale, quod nasci solet ex re-
cuperatione rei amissæ. Si vero hoc di-
ctû exponamus cû B. Greg. & alijs de
peccatore q. deserto peccâdi statu, mag-
no seruore Christianâ pietatē colit, tunc
collatio institui debet, nõ cû quocûq;
iusto, sed cû ijs q. languidè & negligēter
Deo

Greg. hom.

34. in E-

uang.

Beda in

Luc. 15.

Bonau. ib.

S. Tho. &

Caiet.

9 TRACTATUS DE

Deo seruiunt: vt dicto Christi hæc sub
iecta sit sententia. Apud Deum melio-
re loco esse seruum, sedulo & seruen-
ter officio suo fungentem, etiamsi pau-
lo ante grauibus obstrictus fuerit pec-
catis, quam nonaginta nouem iustos,
lentè & frigidè saluti suæ studentes.

Id declarat d. Gregorius his verbis
consideratione dignis. Considerandum,
inquit, nobis est fratres mei, cur Domi-
nus plus de conuersis peccatoribus, quàm
de stantibus iustis gaudium esse fatea-
tur. Vnde hoc, nisi quod ipsi per quotidia-
num visionis experimentum nouimus,
quia plerunque hi, qui nullis se oppres-
sos peccatorum molibus sciunt: stant qui-
dem in via iustitia, nulla illicita perpe-
trant, sed tamen ad caelestem patriam
anxiè non anhelant, tantoq; sibi in reb.
licitis vsum præbent, quanto se perpe-
trasse nulla illicita meminerunt. Et plu-
rumq; pigri remanent ad exerenda bo-
na præcipua: quia valde sibi securi sunt,
quod nulla commiserint mala grauiora.
At contra, nonnunquam hi, qui se aliqua
illicita egisse meminerunt, ex ipso dolore
suo compuncti: in ardenti amore Dei,
se sequè in magnis virtutibus exercent:
cuncta

PROFECTV SPIRITVALLI. 97

cuncta difficilia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumelijs latantur, flagrant desiderio, ad caelestem patriam anhelant: & quia se errasse à Deo considerant, damna praecedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo de peccatore conuerso, quam de stante iusto gaudium fit in caelo: quia & dux in praelio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quam illum, qui nunquam terga praebuit, et nunquam aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam amplius terram amat, quae post spinas uberes fruges profert, quam eam, qua nunquam spinas habuit. & nunquam fertilem messem producit. Sed inter haec sciendum est, quia sunt plerique iusti, in quorum vita tantum est gaudium, ut eis qualibet peccatorum penitentia proponi nullatenus possit. Nam multi & nullorum sibi malorum sunt conscij, & tamen in tanti ardoris afflictione se exercent, ac si à peccatis omnibus coangustentur. Cuncta etiã licita respuunt, ad despectum mundi sublimiter accinguntur, licere sibi nolunt omne quod libet. Bona sibi amputant, etiam

10 TRACTATUS DE

tiam concessa, contemnunt visibilia, invisibilibus. accenduntur, lacrimis gaudent. In cunctis se ipsos humiliant, & sicut nonnulli peccata operum, sic ipsi cogitationum peccata deplorant. Quid itaque istos dixerim, nisi iustos & penitentes, qui se & in penitentia de peccato cogitationis humiliant, & recti semper in opere perseverant. Hinc ergo colligendum est, quantum Deo gaudium faciat, quando humiliter plangit iustus: si facit in celo gaudium, quando hoc quod male gessit, per penitentiam damnat in iustus. Hæc omnia Gregorius.

Quibus verbis, quasi caelesti face prelatata, perspicue declarat magno in pretio apud Deum esse, qui cum sollicitudine fructum spirituales colligendi illi seruiunt, eique plurimum aridire studium & feruore, quo conantur in virtute progressum facere. Deinde eosdem, quantumvis recentem è grauium peccatorum sentina emergerint, & in tantum seruiendi Deo fecerint, cariores Deo esse, multis iustis tepidis, & sui profectus nullam curam habentibus. Quod autem ante peccatorum penitentiam antependendam vitæ iustorum feruentium, verissimum

PROFECTV SPIRITVALI. 12

missimū est secundū legē ordinariā. Di-
ci verò non potest, quā ū valeat huius
doctrinæ cognitio, ad faciendū in cur-
sū veræ pietatis processum. Quis enim
si vel scintillā amoris vnicam in se ha-
beat, non optet Deo afferre voluptatē,
quā ille maximā capit ex feruore & stu-
dio proficiēdi nostro? *Eius siquidē cib. Cant. 2.*
lautissimus est, teste S. Bern *pasci inter Bern. serm.*
71.
lilia, vt est in Canticis, hoc est, candore &
odore virtutū delectari: pasci escis, qui-
bus libetē vescitur, profectū nostris.

Si ergo profectu nostro tāto operē ob-
lectamur diuinam maiestatem, tamq̄;
grā ū illi opus præstamus, nō est quod
vel excellentius aliquod bonum exop-
temus, vel ad maiorē gloriam aspire-
mus. Tantū enim bonum est, placere
Deo, vt meritō S. Chryl. scribat in hæc *Chryl. lib.*
verba. Si, inquit, *omnino dignus fue- 2. de com-*
ris agere aliquid, quod Deo placeat, ali- punct. cor-
am ne require mercedem, preter hoc dis:
ipsum, quod placere meruisti. Si enim re-
quis mercedem, verè ignoras quan-
tum boni sit placere Deo: Si enim scires,
nūquam aliud aliquid extrinsecus mer-
cedis aut muneris expeteres. Quib. ver-
bis non dehortatur nos ab expectanda
bonorum

22 TRACTATUS DE

bonorum operum mercede : nam & illam expectare expetereque licet, modo id imprimis propositum in animo habeamus, vt Deo placeamus: sed tantum id indicare voluit, idque verissimè, tam excellens bonum esse, placere Deo, vt si alia nulla suppeterent, non magnoperè ea requirere debeamus.

CAPVT II.

DE TESTIMONIIS QVIBVS

*Deus declarauit sibi gratum esse
studium in virtute pro-
ficiendi.*

QVANDO homo auctoritate & sapientia præstās crebrius, & magna contentione quippiam ab amicis suis petit, non obscure indicat se magno studio illius rei consequendæ teneri, gratissimumq; futurum si postulata concesserint. Sic Dominus Deus, vt declararet quantoperè optaret nos magnos progressus facere in cursu virtutis, magnoque studio & diligentia iter semel ad cælestem Hierusalem susceptū nulla mora interposita prosequi, toties à dilectis suis seruis, verbisque tanto affectu & grauitate plenis id quod

PROFECTV SPIRITVALI. 13

dam postulavit. Ad Abraham enim patriarcham, cum eum è patrio solo eduxisset, dixit. *Ambula coram me, & esto perfectus.* Ambulare coram DEO aliud non est, quàm vitam piam sanctamq; instituire, non solum secundum hominè exteriorem, qui ab hominib; cernitur, sed etiam, idq; præcipuè, secundum interiorem, quem solus Deus intuetur: id enim est, quod B. Paulus vocat *Spiritu ambulare.* Postulat Deus ab Abraham, ut sanctè religio seq; viuat, scilicet eo studio & industria adhibita, ut semper magis magisque proficiat, donec in perfectum Heroa euadat. Quod verò in veteri testamèto DEVS exegit ab Abraham, idem ab omnibus fidelibus, verisq; Euangelij seruis exigit in nouo dicens: *Estote perfecti, sicut & pater vester caelestis perfectus est.* Quorum verborum hic sensus est. Contèdite ad perfectionè charitatis, omniumq; virtutum, ut tanquam filij imitemini Patrem vestrum caelestem: idq; non alio modo, quam quo potest creatura imitari quadanteus suum Creatorem.

Hoc vehemens de nostro in virtute

B

pro

Gen. 17.

Gal. 5 & 6.

Matth. 5.

14 TRACTATUS DE

Coloss. 1.

profectu desiderium impressit Deus
 cordi B. Pauli Apostoli, qui tanquã ce-
 leste quoddam Dei organum sic locu-
 tus est ad Colossenses: Ex ea die, qua
 audistis & cognouistis gratiam Dei in
 veritate, sicut didicistis ab Epaphra ca-
 rissimo conseruo nostro, qui etiam mani-
 festauit nobis dilectionem vestram in
 spiritu, non cessamus pro vobis orantes
 & postulantes, vt impleamini agnitione
 voluntatis eius in omni sapientia, & in-
 tellectu spiritali, vt ambuletis dignè Deo
 per omnia placentes, in omni opere bono
 fructificantes & crescentes in scientia
 DEI, in omni virtute cõfortati secundũ
 potentiam claritatis eius in omni pati-
 entia & longanimitate cum gaudio.

Apo. 22.

Idem desiderium patefecit DEVS,
 illa voce cœlitus à S. Ioanne audita.
 Qui iustus est, iustificetur adhuc, & Sã-
 ctus sanctificetur adhuc. Luculentum si-
 quidem hoc testimoniũ est, quo Deus
 perspicuè declarat, sibi placere, vt ne
 serui sui languidè iter cœleste prosequã-
 tur, sed in dies progrediantur longius,
 & in virtute proficiant, quandoqui-
 dem sua diuina & immensa maiestas
 dignata est reipsa tam sigillatim hoc
 deli-

PROFECTV SPIRITVALI. 15

desiderium suum nobis detegere.

Non parum quoque momentum
habet ad stabiliendam hanc veritatem,
perpendere, quanti DEVS eiusmodi
seruos suos faciat, quanto in pretio &
honore habeat, vt si alij omnes qui tre-
pidè & negligenter officium hominis
Christiani præstant, cū his cōferantur,
minimo vel potius nullo apud Deum
loco esse videantur. Quamuis enim
certum sit Deū Opt. maximū tam sin-
gulari, suavi ac prorsus paterna ac pia
cura fouere omnes fideles gratiæ suæ
non expertes, vt nullam in tota hac v-
niuersitate, nisi erga istos prouidenti-
am exercere, salutem illorum tantū
promouere videatur, tamen erga eos
fideles, qui seruētes sunt in diuino cul-
tu & quotidie accessionem aliquā face-
re ad priores virtutes conantur, tot tā-
tāq; prouidentia, intimiq; amoris ar-
gumēta p̄dit, varijs spiritus donis eos
ornando, ab impendentibus tentatio-
nibus tuendo, precesque eorum & de-
sideria exaudiendo, vt veri & germani
eius filij & dilectissimi amici esse præ-
ceteris existimari queant. Id ve-
rissimum est, quamuis omnis qui in
B a gratia

6 TRACTATUS DE

gratia dei de quibus sint amici & filij Dei
tamen hos speciales, atque imprimis
percaros esse eiusdem filios & ami-
cos.

Exo. 3.

Confirmemus rē paucis exemplis.
Dubium non est in de ab Abrahā tem-
poribus vsque ad Moysen, hoc est, tre-
centis eo que amplius annis quam plu-
rimos homines toto orbe terrarum, ac
imprimis inter filios Israhel in gratia
Dei vixisse, & diem extremum claussis-
se: & tamen Deus perinde, atque si illorū
omnium oblitus esset, triū tantum,
qui sibi charissimi fuisset, nomina Moy-
si prodidit. Nam cum ei apparuisset in
deserto dixit se appellari Deum Abra-
ham, Deum Isaac & Deum Jacob ius-
si que eo nomine se apud populum
Israhel vocari, hoc nomen sibi fore
perpetuum, eodemque omnibus retro
sæculis nuncupandum. Sicut enim Re-
ges & Principes magni huius mundi
nomenclaturam sibi assumunt ab ur-
bibus, quas maximè charas in toto regno
habent: Sic DEUS nomini suo in te-
maximè voluit eorum nomina, quos
dum viuerent, singulari præ cæteris in-
suis amore & tutela prosecutus fuisset,
itaque

PROFECTV SPIRITVALI. 17

Iaq; dum appellavit se speciatim Deum Abraham, Deum Isaac, & Deum Jacob, palam mundo declaravit, præstantes illos & sanctos viros magno loco semper apud se fuisse, eorum singularem curam habuisse, multis beneficijs & donis locupletasse, ac denique promissioni semel illis factæ, eorumq; posteris, satisfacturum esse.

Verum & declaravit hac nomenclatura se vnumquemque illorum triū in magno pretio habuisse: nec enim nominavit se Deum omnium trium simul, Abraham, Isaac, & Jacob, sed particulatim Deum Abraham, Deum Isaac, & Deum Jacob. Nec solum hoc nomen in deserto patefecit Moysi, sed & voluit illud in toto populo israhelico, imò in toto mundo usurpari in orationibus alijsque divinis laudibus, ut perpetua apud omnes memoria exstaret se Abraham, Isaac & Jacob, pro singularibus suis servis & amicis habere. Quod autem Deus illos tres tam honorifica appellatione alijs hominibus pijs prætulerit, non alia causa fuit, quàm quod illo sæculo præ alijs in virtutum studio progressum fecerint, perfectiusque di-

18 TRACTATUS DE

que diuinam voluntatem zelâdo pro gloria Dei, præstiterint.

Auctor ca- mines pios, Deo que gratos fuisse: si e-
tena in Exo. nim in discessu ex Ægypto tam nume-
cap. 3. rosus erat populus, vt sexcenta millia
Dio. Cart. eorum essent, qui vigesimum ætatis
ibid. annum superârant, præter fæminas
Exo. 12. omnis ætatis, & iuuenes qui vigesimū
 non attigerant, atq; etiâ præter Ægypti-
 os, qui deserto idolorum cultu popu-
 lo Dei se aggregârât; sic vt scriptura ap-
 pellet vulgus innumerabile: dubitan-
 dum non est in tanta fidelium multi-
 tudine, quæ legem Dei, eiusq; Sacra-
 menta venerabatur, ac oculis suis mi-
 randa Dei opera propter ipsos patrata
 spectârât, copiosissimū numerū adul-
 torū in vtroq; sexu extitisse, qui im-
 munes essent à lethali peccato, & in gra-
 tia Dei viuerent. Et tamen videmus so-
 lum Moysen, quia perfecta virtute præ-
 ditus erat, cauebatque non solum gra-
 uibus, sed etiam leuibus lapsibus diui-
 nam maiestatem offendere, atq; in his
 pietatis operibus sese exercere, quæ nõ-
 rat Deo esse gratissima, vt in contume-

lij &

PROFECTV SPIRITVALI. 19

lijs & iniurijs populi fortiter toleran-
dis, in caritate quoque ardenti omni-
bus æquè inimicis atque amicis defe-
renda: videmus inquam, eum omni-
bu s alijs sanctis & pijs fidelibus à Deo
ob hæc elogia prælatum. Nam cum a-
liquando decreuisset totum populum
ob scelera admissa funditus delere, nul-
lo habito ad innoxios, qui in illo super-
erant, respectu, vel quia per ætatem ad
peccandum impotentes essent, vel
quia peccato cæterorum non consen-
sissent, ob solum Moysen à cæde absti-
nuit, ei que soli dixit. Dimitte me, vt ira
mea in populū desæuiat. Quid, quæ-
so Domine, retardat te, quo minus om-
nes è medio tollas! num tot innocen-
tum turba, que nunquam deliquit? nū
Leuitæ tuæ gloriæ tuendæ studio fla-
grantes? Non certè, sed vnus Moyses
omnipotentis tuæ manus cohibet.
tuzq; iustitiæ furorem, ne omnes dis-
perda, auertit. O quātum placet Deo,
videre seruos suos in dies magnum
in virtute facientes progressum? si tan-
ti facit eos, qui ad veræ pietatis culmē
peruenerunt.

B 4

Eliz

80 TRACTATUS DE

3 Reg. 17.
17. 18.

Rom. 17.
Ansel ibid.
1ae s.

ELIAE quoque tempore multi supererant serui Dei, quos Deus in media impiorum turba beneficio gratiae suae immunes ab omni scelere seruauit, ut indicat diuina scriptura: & tamen vnus ex omnibus Eliam tantum fecit, ut dederit illi potestatem in tempora & nubes, ne imbres dimitteret in terram, ad castigandam hominum improbitatem, & rursum ut sua oratione, quando vellet, pluiam de caelo quasi euocaret. Quia enim excellenti virtute praeditus erat, ideo plures illum Deus fecisse videtur, quam reliquos omnes iustos.

Quo vero tempore Dauid & Salomon imperabant, tantaque accessio facta erat ad populi Iudaici multitudinem, ut Salomon ipse loquens cum Deo testatus sit factam innumerabilem quasi puluerem terrae, non potuit non maxima suppetere fidelium copia, qui gratiae diuinae compotes essent, & in numero iustorum. Et tamen quia vnus rex Dauid ad fastigium perfectionis peruenerat, voluntati diuinae sedulo paruerat, magno zelo amplificandae Dei gloriae exarserat, lapsus tuos, licet graues, voluntarijs penis deleuerat,

PROFECTV SP RITVALLI. 27

rat, gratiamque amissam recuperat,
DEus omnib. reliquis suis seruis post-
habitis, Salomoni, quem vna cum po-
pulo ob patrata scelera de medio tolle-
re decreuerat, dixit: *Disrumpens scindā* 3. Reg. 11.
regnū tuum & dabo illud seruo tuo. Ve-
runtamen in diebus tuis non faciam pro-
pter David patrem tuum: de manu filij
tui scindam illud. Nec totum regnū au-
feram, sed tribum vnā dabo filio tuo
propter David seruum meum, & Hieru-
salem, quam elegi. Similiter Ezechia
regem infirmum mortiq; proximum 4. Reg. 20.
per Isaiam prophetā Dominus sic allo-
cutus est. Ecce sanauit te, die tertio ascē-
des templum Domini, & addam diebus
tuis quindecim annes sed & de manu re-
gis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem
hanc, & protegam urbem istam propter
me, & propter David seruum meum.

Quis poterit dignè exprimere horū
testimoniorum mysteria: hoc est, quā-
to in pretio sit apud Deum homo vi-
tute prestans, peccatorum hostis, be-
norum operum ardens sectator, patiens
iniuriarum, charitate in proximum fla-
grans, & magnus diuinæ gloriæ am-
plificator? Tanto enim honore eius-
modi

B

modi

modi hominem prosequitur, ut etiam
in communionem nominis sui illum
admitrat, vocando se Deum illius: ac ne
vlla re eum contristet, etiã integro par-
teit regno, precibusq; eius quasi victus
legi naturæ se subijcit, ut in creaturis
suis fiat, quicquid illi placuerit. Deni-
que propter illũ solũ facit, quod nõ face-
ret propter multos iustos, qui imper-
fecte ei seruiũt: cũq; ipse infinita æter-
naq; sit præditus maiestate, homo ve-
rò creatura è nihilo, tamen ob solam
hominis voluntatem dignatur se quo-
dammodo exæquare creaturæ, dicens:
*Protegam urbem istam propter me. &
propter David seruum meum.*

CAPV I III

QVANTVM PROSINT ECCLĒ-
sia Catholice serui Dei, qui in vir-
tute proficiunt.

EThi iusti omnes, & serui Dei quot
quot gratia diuina nõ exciderunt
toti mystico Ecclesiæ corpori plu-
rimum prosint, utpote qui partim pre-
cibus suis, partim operib. bonis à Deo
singularia dona & beneficia impetru-
quidus & peccatores conuertantur, &
iusti conseruãtur longè tamẽ amplius
proficiunt

PROFECTV SP. RITVALL. 23

prosūt in virtute perfecti iusti .n. omnes licet sint viua Ecclesie membra. & filij lucis, hi tamen sunt veluti oculi in corpore humano, & quasi stelle quædam in firmamento, imò velut Sol & Luna, qui sunt instar quorundã oculorum vel lampadũ totius vniuersitatis. Sic eos appellat diuina scriptura multis in locis: Nam B. Paulus in epistola ad Philipp. *sitis*, inquit, *in medio nationis praua & peruersæ, inter quos luceris sicut luminaria in mundo* Et Christus Dominus declarauit in Apocal. B. Ioanni Euangeliste, stellas quas manu dextra gerebat esse Prælatos & Magistros sanctos, quos ibi vocat Angelos Ecclesie. Hi enim tanquam Herodes excellenti virtute præditi, doctrina sua, & imprimis exemplis vehementer excitant, accenduntque alios ad amorẽ virtutũ, sic prorsus, vt vnus ex ijs solus sufficiat ad conuertendum integrũ regnum, illudq; in timore Dei cõseruandum. Quò non pertingunt suo exẽplo tepidi, quãuis n. opera dent, ne animã lethali labe inquinẽt, tamẽ q̃a nulla cura tangũtur in quædorũ leuiũ, nec in operib. caritatis & penitentię frequẽtandis sunt seduli,

B 6 paucos

Dan. 12.

Phil. 2.

Apoc. 1.

24 TRACTATUS DE

paucos ad amorē Dei prouocāt. Nā ad conuertendos vel erigendos eos, qui in crimen mortale lapsi sunt, ordinariē opus est exemplo admodum potenti & efficaci: ad accendendos verō languidos exemplo raro & notabili: quod quia præbent imprimis homines in virtute perfecti, idcirco tantoperè permouent proximum, & Deus eis tanquam instrumentis ad excellentia opera præstanda vtitur.

Greg lib
2. mor 67

Vnde B Gregorius. *Ad renouandum spiritum mentis nostræ, valdè, inquit, exempla Patrum adiunãt. Si enim sanctorum opera inspicimus, illa conempla-
ta nos succendunt, & cor nostrum terrore non cõstringitur, dum imitatione prouocatur.*

1ud. 2.

Illustre huius doctrinæ testimonium præbet sacra Iudicum historia, quæ refert in ortuo Moysi & Iosue filios Israel permultis annis perstitisse in vero Dei cultu, sed demũ dimis-
sisse Dominum Deum Patrum suorũ qui eduxerat eos de terra Ægypti. Causam verò huius rei commemorat fuisse quod quãdiu in populo superstites fuissent aliqui de senioribus gloriæ diuinæ amplificandæ studiosi, quibus oculis suis miranda Dei opera spe-
ctabant.

PROFECTV SPIRITVALLI. 23

Clarant, populum in timore Dei eorū
doctrina & exemplo fuisse conserua-
tum: quādo verò illi è viuis excefferūt,
nec pari virtute ornati succederent alij,
à veteri religione & pietate degeneraf-
se. Eòdem pertinet, quod diuina scri- 4 Reg. 12.
ptura recenset in quarto Regum, de re- 2. Par. 24.
ge loa, qui primis annis regni sui, quod
in quadragesimum vsque annum te-
nuit, piè regnauit, suoque exemplo to-
tum populum in vero Dei cultu con-
tinuit. Causam autem huius rei tribuit
sancto Pontifici loadae, qui primis illis
annis doctrina sua & zelo non passus
est regem à via recta defletere. Nam
eo mortuo Rex subito prauaricatus
est, & populum à legitimo Dei cultu
abduxit. Atq; hic est admirandus fru-
ctus quem magni Dei serui efficiunt in
Republica & vniuersa fidelium Eccle-
sia.

Iusti omnes, qui in gratia Dei vi-
uunt, licet exigua virtute præditi, sunt
tamen petrae viuae Ecclesiae Christi, &
aedificationem huius domus, & tem-
plum spirituale Dei, eiusque conserua-
tionem, teste B. Petro, promouent. Ve- 1. Pet. 2.
rum homines Dei, qui in virtute pro-
ficerant

fecerunt, sunt huius ædificij columnæ, quæ apud Deum illud sustentant, & conseruant, atq; vnitum tenet cum lapide angulari Christo Iesu capite & priacipe totius Ecclesiæ, vt appellatur in diuina scriptura. eremiz prophete dixit Deus: *Dedi te hodie in colum-*

Larem. 1.

nâ ferream & in murum arcum. id est,

ingens robur & virtutem tibi in meo populo contuli, ad tuendum conseruandumq; bonos, & expugnandû ma-

Apoc. 3.

los. Et S. Iohanni dixit Christus Qui uis-

cerit, faciam illi columnam in templo Dei mei: ac si diceret. Dabo illi virtutem

ad sustentandum alios. Hinc liquet, quantum Ecclesiæ prosint serui Dei

profectus spiritualis studiosi. Sic enim in materiali ædificio, subtracta aliqua

columna, magna pars propendet in ruinam, sic quando Ecclesiæ Dei eripi-

untur serui Dei amore zeloque Dei feruidi, magna sequi solet animarum ia-

ctura: vt dum in Republica vel regno piæ consuetudines aboleantur, contra

verò vitia vt abusus detestandi pullulât, ac cû pietate etiã vera religio in apertû

discrimen, nemine resistente, vocatur. Atq; idcirco Deus, qui tã opere quæ-

PROFECTV SPIRITVALI. 27

rit salutem nostram, quoties peccatis
populi grauitur offenditur, & à sua iu-
stitia quasi vindictam contra illum ex-
poscit, optat in medium prodire homi-
nes qui se iræ suæ opponant, et manum
vlticem precibus suis à populi clade
auertant. Quod sæpenumerò indica-
uit per prophetas. Nā cum per Ezechie-
lem grauisima scelera, quibus popu-
lus diuinæ iustitiæ furorem prouocā-
rat, commemorasset, exponens deside-
rium suum, *Quasiui, inquit, de eis vi-* *Ezech. 22.*
rum, qui interponeret sepem. Et staret
oppositus contra me pro terra, ne dissipa-
rem eam. Et non inueni. Et effudi super
eos indignationē meā, in igne iræ meæ cō-
sumpsi eos. Non loquitur hic Dominus
de quouis viro iusto, neq; n. verisimile
est oēs in tam numerofo populo gratia
diuina excidisse, sed de viro eximia vir-
tute ornato, vt exponit S. Hierony. hi *Hier. in 7.*
siquidē sunt, qui precum suarū, vitæq; *22. Ezech.*
sanctæ vi & efficacia impetum iræ di-
uinæ frangunt, & velut columnæ hu-
meris suis totum populum sustentant.
Alias quoq; cū Deus cōstituisset casti-
gare Hierosolymitanos, & regnū Iudæ
in manus Chaldæorū tradere, vt ppter
scelera

scelera quibus diuinā ipsius maiestatem irriparant, illud euerterent, & fuditus excienderent, sic locutus est ad Ieremiam

Ierem. 5.

Circuite vias Hierusalem, & aspice, & considera & quarite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & querentem fidem, & propitius ero ei.

Quanto loco apud Deum est, quā in conspectu eius gratus homo in virtute perfectus! nam si talem aliquem etiam in medio innumerabilium improborum, qui internecionem meruerunt, conspexerit, non tamen e medio tollit, & diuinæ suæ iustitiæ manum iam in eos exertam cohibet & coercet. Vnde B. Hieronymus iure in hunc locum scribens exclamat. *Grandis amor*

*Hieron in
s. Ierem.*

iustitia, ut nequaquam iuxta interrogationem Abrahae, & responsionem Dei pro decem viris iustis Deus liberauerit ciuitatem, sed si unum inuenit, iam iamque peritura Ierusalem, qui faciat iudicium & quarat fidem.

*Bern. Iust.
in eius vi-
ta.*

Multa huius rei exempla inuenimus in historia sanctorum Tempore B. Laurentij Iustiniani Patriarchæ Veneti, Deus Venetorum vrbis ob graua scelera quæ in ea perpetrabantur, grauiter

svs

PROFECTV SPIRITVALI. 29

succensuit. Precabatur pro ea dictus B.
Laurentius inibi degens. Bellum ex-
arsit inter Venetos & Mediolanenses.
Incolebat id temporis locum deser-
tum & horridum insulæ Coreyæ si-
nitimum Eremita sanctus spiritu vati-
cinandi præditus. Hunc Venetus qui-
dam vir primarius agens in Coreyæ a-
dijt, & percunctatus est, num bellum
illud feliciter cessurum esset Venetis?
Cui respondit. Deum vehementer ira-
tum esse Venetis, quod ex verbi diuinâ
predicatione nullum fructum collige-
rent: eosque iam pridem instar Sodo-
mæ perituros fuisse, nisi precibus sui
sancti Patriarchæ furor diuinus auer-
sus fuisset. Non dubium est tunc tem-
poris Venetijs multos extitisse probos
homines mediocri virtute præditos, &
tamen solius B Iustiniani, qui erat ho-
mo in virtute perfectus, Deus ratio-
nem habuisse videtur.

Illustris quoque & admodum Cele-
bris est sanctitas Simeonis sali, cuius vi-
tâ descriptis Leontius Episcopus Nea-
polititanus in Concilio Niceno secundo
citatus, velut vitæ eius auctor. Hic Si-
meon degens Emesæ, & sanctitatem vi-
tæ stultis operibus cælans, multa admî-

ratiōe digna in summum sui cōtem-
ptum, & in salutem corporalem & spi-
ritalē proximi faciebat. Nocturnū tem-
pus in precibus, cum multa lacryma-
rum profusione cōsumebat. Cum autē
aliquādo contigisset Emeſanum quen-
dam ciuem Hierosolymā tendentē in
solitudinem ingredi, vt ibi se Abbatis
Ioannis precibus cōmendaret: Abbas
olim Simeonis socius, quæsiuit vnde
veniret: cumq; cognouisset venire Eme-
sa, in hæc verba ei respondit: Miror te cū
Emeſæ habeas Abbatem Simeonem,
ad me hominem vilem & abiectum di-
uertere, nam non ego solum, sed et iā
mundus totus indiget illius precibus.

O quā utilis est Ecclesiæ animarum
saluti, Rebus publicis & regnis eximia
vnius hominis sanctitas, cū videamus
homines sanctos maxima diuinarum
rerum notitia præditos testari quanto
loco apud Deum sint huiusmodi ho-
mines, quotq; beneficijs Ecclesiam suā
& omnes Respublicas propter arden-
tes eorum orationes, vitæq; merita af-
ficiat Fidelissimę huius doctrinæ testis
est D. Amb. qui hætenus dicta confit-
etur at his verbis. *Quam beata civitas,*

PROFECTV SPIRITVALI 31

qua plurimos iustos habet, quam celebra
bili ore omnium, quomodo benedicitur
tota de parte, & beatus atq; perpetuus
eius status existimatur Quam gaudeo,
cum aliquos mites ac sapiētes diu viuere
video, cum virgines castas, & iduas gra-
ues aspicio lōge uas velut quādam in canā
Ecclesia curiā pratendant ipso quodam
vultu & specie grauitatis, quod reuereā
tur quod imitentur, quo, ad omnē moriē
gratiā colorētur Non enim ipsi gaudeo,
cū viuēdo multa subeāt: tēdia saculi ha-
iū, sed quia profuat pluribus. Similiter
cū aliquis huiusmodi decidit, quāuis lōga
senectute, depositus afficior, quia destitui-
tur, grex inueniū muro senili. Addit hos
sanctos homines, tā viros, quā mulie-
res peccatoribus et alijs exigua virtute
preditis constitutos esse à Deo in lege
veteri quasi ciuitates refugij, in quas cū
delinquūt, se recipere possint ac tandē
cōcludit in hæc verba. Deniq; portura
urbis, aut malorū imminētū, vel futu-
ra labis hoc primū indicium, est si deidās vi-
ri cōsultores, vel etiā grauiorēs e feminā
Hinc primū ingruētū porta aperitur ma-
lorū, Hucusq; S. Amb. Vnde intelligim⁹
quāti inter sit Ecclesiæ Christi, si fideles
qui

Amb. l. 2.

de Cain &

Abel. c. 3.

& 4.

32 TRACTATUS DE

qui Christianæ pietati semel operam dare cæperunt, contentur in ea indices maiores facere progressus & ad omnium virtutum perfectionem contendere

CAPVT IIII.

QVAM VTILE ET NECESSARIUM sit omnibus Dei seruis pro donis à Deo cuiq; communicatis in cursu virtutis progressum facere.

QVAMVIS omnibus Dei seruis amplectendum toto pectore hoc proficiendi studium satis esse deberet, quod tam gratum sit deo, tamq; fructuosum toti Ecclesia: tamen quia magnoperè refert scire, quæ commoda ex eodem fonte redudent in ipsos, breuiter exponemus, quam utilis & salutaris sit cuiq; iusto amor & cura proficiendi; quamq; perperam sibi consulat, qui curam illam negligit. Ad iter autem in via cælesti recte instituendum, plurimum valet integra & plena peccatorum, & grauitatis eorum notitia, occasionum quoq; & tentationum ac laqueorum, quibus anima nostra ab inimico irretiri solet. Hoc verò beneficio or-

PROFECTV SPIRITVALI. 3.

cio ornare solet imprimis DEVS omnes profectus spiritualis studiosos. Quamdiu enim homo in cursu pietatis languidior est, nec nisi grauibus lapsibus cauendis inuigilat, licet non ignoret, quæ sint peccata grauis, omnibusq; manifesta, tamen alia multa loco peccatorum nō habet: quædam etiam grauiora æstimat leuiora, occasiones item nonnullas ac tentationes, unde procliuis est ruina in scelera, periculis latentis ignarus, pro nihilo ducit: denique licet lapsus quosdam sciat esse lethales & mortiferos, tamen non ponderat quātum inde exurgat damnum, quamque grandis noxa sit infinitam Dei maiestatem offendere. Vt primum vero pigritiæ laqueos diruperit, & diligenter cœperit vacare verę pietati, declinando ab omni malo, quod tale esse cognorit, bonaq; omnia, quæ grata Deo esse sciuerit, perficiendo, Deus mox oculos animæ eius aperit, luceq; admirabili collustrat, qua cernat multa quę antè non aduerterat, notetque peccata & tentationes, & præcipitia eorundem, quæ nūquam antea notarat, ac demum tantum non miratur, hominis

hominis vitā tātis obnoxia esse pericu-
lis, ingenuēq; agnoscit quantā quisq;
salutis suae curā habere debeat, diuinū
quē in omnibus implorare auxilium.

ATQ; hoc est quod diuina scriptura
his verbis significat. *Iustorum semitā,
quasi lux splendens procedit & crescit
vsq; ad perfectum diem.* quasi diceret:
sicut lumen prima diei aurora exiguum
est, augete q; die crescit donec ad
perfectionem, quā in meridie habet,
peruenit: sic vita iustorum in primis
initijs lumen exiguum habet ad cognos-
cenda bona & mala, sed procedente tē-
pore cū incremento virtutum accessio-
nem facit ad priorem lucem, donec
pertingat ad claram cognitionem aeter-
nitatis, in qua Deus clarē in suo ipsius
lumine conspicietur. Hoc beneficium
à Deo communicari omnibus pro-
fectus sui studiosis confitetur S. Isido-
rus, dum ait peccata, quae incipienti-
bus videntur leuia, ijs qui in virtute
profecerunt videri graua, & ideo
eos non solum à vanis iuramentis,
sed etiam à simplici mendacio abhorre-
re: profectiores verò non modò caue-
re mendacia, sed magno studio quoq;
defe-

Prou. 4.

*Isid. l. de
sum. bon
c. 10.*

*Bona. lib.
1. Phar.
c. 37.*

PROFECTV SPIRITALL 35

ad effugere colloquia ociosa Sic B. lii.
VT verò maiori desiderio flagremus
proficendi in ista bonorū malorumq;
notitia, quam Dominus cōmunicare
solet suis dilectis, audiamus quomodo
B. Augustinus alicubi depingat homi-
nem ex peccati statu tam perfectè ad *Aug in*
verā conuersionem morum traductū, *psal. 119. 120*
ut omnes, qui illū antè nouerāt in ad *verb.*
mirationem rapiantur, & Deum col *Sagitta*
laudantes dicant. Qui quondam erat
tā impius & sceleratus, modò quomo-
dò DEO seruit, quā innocēs factus est
Subiūgit enim, illum hominē, etiāsi à
peccatis discedat, quz cognoscit, non
tamen effugere omnia peccatorum
pericula & occasiones, quia eorum, si-
cut & multorum aliorum vitiorum
scientiam nondum est consecutus, sed
neq; animaduertere & notare ea pos-
se, nisi proficendi cupiditate teneatur.
hoc enim clarius & scādala & pericula
à quouis pio perspici, quò plus profice-
re conatur, & vbi viderit, exclamare ad
D E V M. *Heu mihi, quia incolatus meus*
prolongatus est. Quod ideo clamat, quia
optat liber esse à peccatis, & in numerū
eorū referri, qui nec peccāt, nec à plus
peccare possunt. AB

Ab hoc beneficio, quod deus confert proficientibus, manant innumera alia beneficia diuina & munera. Quem admodum enim huiusmodi serui Dei progressum faciunt in agnitione odiorum peccatorum, atque etiam in lumine rerum caelestium, sic etiam maiores indies accipiunt vires ad bene agendum, Deo conatum adiuuante. vnde fit, vt qui initio viribus spiritalibus defecti difficultatem magnam & pugnā in multarum virtutum exercitatione sentiebant, post progressum aliquem factum magnam in iisdem experiantur & facilitatem & dulcedinem quod sanè non ex ipsorum operum, sed solius cordis mutatione euenit, quippe cui robur maius ad bene agendum accedit. Id affirmat propheta Maian cum ait: *DEVS sempiternus Dominus qui creauit terminos terra non deficiet neque laborabit, nec est inuestigatio sapientie eius. Qui dat lassos virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuvenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumet pennas sicut aqua*

Isa 40.

PROFECTV SPIRITVALI. 37

aquila, current, & nō laborabunt, ambulabunt, & non deficient.

HÆC est magna illa fortitudo, hæc cordis generositas et vigor, quem DEVS communicat in cultu veræ pietatis progredientibus: auget enim in illis rerum spiritualium gustum, bonæ conscientiæ puritatem & gaudium, in ærumnis patientiam, in verbis & exemplis efficaciam, amorem & gratiam in adiuuandis proximis, accumulat istidem cælestia sua dona & charismata, atque cum gratia & amore diuino cōpiosissimam notitiam mysteriorum donorumq; diuinorum. Etenim hominem iustum in seruitio diuino proficere, aliud non est, quàm donis ac beneficijs è manu DEi acceptis bene vri, & gratiam aliquam pro tanta clementia & misericordia diuinæ maiestati rependere, vt hac grati animi significatione noua beneficentia nos dignos reddamus. Id significauit Dominus, cum in parabola quadam commemorat, hominem quendam nobilem conuocatis decem seruis, singulis dedisse decem minas, & dixisse: *Negotiamini, dum uenio, haud secus enim Deus fidelib.*

Luc. 19.

C

delibus suis seruis dona confert, mandaque vt ijs rectè vtantur ad salutem suam & proximorum. Deinde idem nobilis illi, qui negotiando vna mina decem minas acquirerat, iussit dari omnes minas eius, qui nihil negotiando acquirerat sic deus sua dona & beneficia, nonis cumulat in ijs, qui benevolentibus fuerint vsi, & progressu aliquo eorū auxilio fecerunt. Vnde & concludit totam parabolam hæc admiranda sententia: *Dico vobis, quia omni habenti dabitur & abundabit: ab eo autem, qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.* quasi diceret: Quicumque donis & beneficijs diuinis rectè fuerit vsus, eum Deus pluribus maioribusque afficiet beneficijs, qui secus, cum ijs quæ habet, spoliabit.

CAPVT.

Quam salutare & necessarium sit incensurum studio proficere, ad cauendam periculū & incommodum, nisi cupiditate.

VVLGA

VILGATA Sanctorum sententia est, non progredientes in pietatis cursu, retrogredi, & quæ stus in vita spiritali facti iacturam facere. Existimant nimirum ex incuria & negligentia proficiendi mox sequi multorum honorum operum, quæ facere tenemur, neglectum: & contrà in multa peccata, quæ cauere tenemur præcipitem lapsi, ac consequenter pristinum ardorem in vita piæ sanctæq; trāsfigenda paulatim excidere, & gradum fieri ad ea peccata, quibus gratia & amicitia diuina prorsus ab animo nostro depellatur. Confirmat hanc sententiam B. GREGORIUS his verbis. *Adm. nendi sūt qui inchoata bona minime consummāt, ut cauta circūspeditione considerent, quia dum proposita non perficiunt, etiam qua fuerant cœta conuellunt. Si enim quod videtur gerendū, sollicita intentione non crescit, etiā quod fuerat bene gestum decrescit. In hoc quipō mundo humana anima quasi more nūis contra etiam fluminis cor descendit, vniuerso nequaquā stare permittitur, quin ad imā relabitur, nisi ad suam enā conuertat. Si ergo inchoata bona fortis*

Greg. Pasto
ral. p. 3 c. 35.

131V C 2 operap-

operantis manus ad perfectionem non subleuat, ipsa operandi remissio contra hoc quod operatum est pugnat. Hæc Gregorius, ex quibus verbis facile intelligitur, quanti referat, seruum dei dare operam quotidiano in virtute profectui.

VERVM quam necessarium sit eidem magno studio contendere ad maiorem perfectionem, quantoque periculo retrogrediendi se exponat quid negligit, præclare exprimit S. BERNARDVS.

Bern. ep. 91.
ad Abbas
161.

Non habemus, inquit, hic manentem civitatem aut ascendas necesse est, aut descendas si attentas stare, ruas necesse est. Minime pro certo est bonus, qui melior esse non vult. Et ubi incipit nolite fieri melior, ibi etiam de finis esse bonus. Et in

Idem ep.
253. ad Ga-
vinum.

alio loco ait. Sic mihi, inquit, vivere volo, & manere in quo perueni: nec peior fieri patior, nec melior evadere. Hoc ergo vis, quod esse non potest. Quod si Christo currente gradum sistis, non Christo appropias, sed te magis elongas; timendumque tibi est, quod ait David. Etenim qui elongant se à te Domine peribunt. Sic Bernardus. Esto, non semper, aut gratia divina, aut pristina bonitate destitua-

Psal 72.

tuatur

PROFECTV SPIRITVALI.

tuatur, qui proficere desinit, tamen vi
am quasi parat ad lapsum. & quia lap-
sui proximus est, id circò S. Bernardus
dixit eum desinere esse bonum. Et si e-
nim negligentia proficiendi sub initiu
non exæquet lethalem noxã, quæ pe-
nitus gratiam tollat, tamen partem ali-
quam de bonitate adimit, & parvus
quidam lapsus est.

NE Q. sacra scriptura, conticuit, in
quantum in periculum & lapsus, & iactu-
ra omnis lucis spiritualis sese isti per in-
curiam suã conijciant. Nam quodam
in loco *Qui molis, inquit, est et dissolu-*
tus, in opere suo frater est suã opera dissi-
pantis Sensus est Qui in bono inchoa-
to non proficit, suaque opera bona nõ
facit studiosè & perfecte, similis est illi,
qui omnia abiecit quæcunque luera-
tus est Et alibi eadem scriptura ita lo-
quitur. *Pigredo immittit soporem, & a-*
nima dissoluta esuriet. quasi dicat, vt be-
atè declarat S. Gregorius Sicut pigredo
facit vt homo sine necessitate obdor-
mifcat, & ignavia in operando facit vt
homo pauatur famem, aliarumque
rerum inopiam: Sic torpor in vita spir-
ituali in anima excitat soporem queni-
dam

Prou. 21.

Prou. 12.

*Greg. 7. p.
pastor. ad
mon. 6.*

C 2

42 TRACTATUS DE

dam spiritualem, quo homo quasi omni bonorum operum, consolationūq; spiritualium ac caelestium sensu destituitur, & solas sectatur voluptates terrenas. Vnde fit, vt ei neq; meditari, neque loqui de DEO libea, non solitudinem, non orationem, non sacramentum, nec lectonem, nullamq; capiat ex virtutum exercitatione delectationem, sed contra totum se dedat cupiditatibus rerum caducarum, oculosq; & aures palcat vanis & curiosis colloquijs, vnde proclius est lapis in circuitu, qui hominem penitus ab amicitia & gratia diuina diuellunt.

ATQ; hæc est pena formidabilis, quam CHRISTVS cuidam tepido comminatus est in Apoclypsi dicens, *Vnam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te vomere.* Caudum vocat, teste B. Gregorio, qui sedulus & ardens est in via p̄i & sancti, frigidus vero, qui obnoxius qui dem est peccato mortali, sed magis in peccato euadendi illud tepidum autem appellat, qui cupit seruire DEO quidem, sed languidius in suscepto semel pietatis *Quia*

PROFECTV SPIRITVALI. 43

progreditur, nec operam dat, ut faciat
in virtute progressum. Quia expositio-
ne significat, etiam si maior culpa sit
frigidi, quam tepidi, eius gravitate
spectata, tamen tepido maius quo-
dammodo impendere periculum, si
eorum rationem habeamus, quæ
solent eiusmodi hominibus tandem
euenire. Nam frigidus in peccato
mortali existens spem de se præbet,
si conuersus fuerit, magis in
diuino seruitio diligentia & seruo-
ris. Videmus enim multos mag-
nos peccatores in magnos sanctos
iam olim commutatos. Caterum
de tepido metus est verus & proba-
bilis, eum cum omni gratia exutum
in, qua semel amissa, tam ceu
futorum, & obstinatum in malo, ut
difficillime in viam reuocari possit,
non quod ex parte Dei potestas aut
voluntas eum sanandi desit, sed quia
ex parte suam longe abstrahit de se deo
postulata a Deo auxiliatur, etiam a im-
becillis, ut postulare non velit, aut valeat.
Quare non loquitur loco citato Do-
minus de quocunque peccatore frigi-
do, sed de ijs, qui peccatorum suorum
C 4 graui-

grauitate perculsi magna humilitate,
 & dolore animi conantur emergere de
 malorum profundo, vt verbis illis hæc
 sit subiecta sententia. Vtinam seruens
 & sedulus esses in meo seruitio: aut
 quia non es, Vtinam vel tantam pro-
 fectus vel salutis spem præberes, quan-
 tam præbent multi peccatores, quam
 tamen non præbes: in ò quia, tepidus
 es & negligens, magno in periculo ver-
 saris, ne & mea gratia in hac vita, & eter-
 na gloria in altera excidas. Hæc damna
 sunt propria eorum, qui in vita piæ
 sancti q: inchoata progressum facere
 negligunt, hæc pœna ingrati animi:
 nam quemadmodum grauitatis est,
 beneficijs acceptis bene vt, & fructum
 aliquem ex illis decerpere: (cuius fru-
 ctus hæc merces est, vt Deus ob gratia
 animi significationem nouis donis &
 muneribus pio immensa sua liberali-
 tate priora sua beneficia cumulet, vt
 supra dictum est) sic summa ingrat-
 tudinis est, abuti beneficijs diuinis, nihil
 lum que ex is fructum carpere. Vnde
 sequitur, vt talibus DEVS iuxta culpæ
 grauitatem pau anim omnem beneduo-
 lentiam, omniaque spiritalia auxilia
 sub

PROFECTV SPIRITVALLI. 45

subtrahat, ac denique omnibus gratie
ornamentis spoliet, detrudat pro ingra-
tiani meritis ad eas penas, quas pro-
meruit seruus inutilis: qui cum talento
accepto negotiari noluit, cui Domi-
nus iussit talentum, æternisq; tene-
bris eum in prædam abiecit.

CAPVT VI.

CYRAM IN VIRTUTE PROFICI-

*antè conuenire non solum incipien-
sibus, sed etiam proficientibus
& perfectis.*

POSSET fortè aliquis in eam incli-
nare sententiam, vt arbitretur pro-
ficiendi studium ijs tantum neces-
sario incumbere, qui initium fecerunt
Deo seruendi: sed non est ita, cum ad
omnes præfatus fideles id pertineat. i-
mò quo quis maiori studio profectus
faciendi ardet, hoc perfectionem in
omni virtute maiorè se affecutum
demonstrat, hi siquidem sunt qui sum-
ma quadam fame & siti proficiendi
laborant, qui omnia media & remedia
indagant nõ solum legibus præcepta,
vt de fugiendo quouis genere pecca-
torum, de obseruatione Decalogi dili-
gèti

genti & sedula, verum etiam libera & per modum consilij proposita, ut coeius ad culmen perfectionis attingant. Etenim, quamuis verum sit homines sanctos cognoscere suum in vi vite profectum, nunc quia, ut habet S. GREG.

Greg. l. 25. p. 107. c. 6.

GORIVS, quotidie vitam suam suspecti examinant, & mores praesentes cum praeteritis conferentes, deprehendunt se a multis peccatis, & animi perturbationibus liberatos, virtutum quoque opera tam interna, quam externa magis promptius, quam alias, cum & virtutes & vires spirituales abessent, existerent. Nunc etiam, quia sancti agnoscunt quor quantisque donis caelestibus a Deo genati sint. (auctore enim spiritu sancto norunt quae a Deo illis donata sunt teste apostolo) Inter quae dona non minimum locum tenet, ardens in proficiendo desiderium, non tamen idcirco plaris se aestimant, quam prius, sed potius minoris, maiorisque contemptu seipos persequitur, & in dies maioru zelo ad perfectionem aspirant.

¶ Civ. 2.

CAUSA huius rei est: quod quo homines pii & sancti maiores processu in virtute faciunt, hoc a Deo plus lucis accipiunt

PROFECTV SPIRITVALI. 47

accipiunt ad agnoscendos defectus
 suos, eorumque grauitatem, quam an-
 te non cognoscebant. Et quemadmo-
 dum hominis vilitas & miseria est im-
 mensa quaedam abyssus, eo quod ob-
 noxius sit peccato, & de nihilo conditus,
 sic magis n agisque proficit in cognos-
 cenda vilitate sua atque miseria, ipse quoque
 nihil quoque ex parte sua habet. Et sicut
 proficendo in virtute, amplius quoque
 proficit in sui contemptu, sic quo ad
 sanctitatem maiorem prouenit, hoc
 humilior de se sentit, ita affirmat S. Greg. lib 9
 in GREGORIVS non semel cum scribitur c. 19.
 in suis Deo, quo per bona opera propin-
 quiores fiunt Deo, hoc etiam in ma. 21. c. 1. sic
 eduz maculis conpiceis, & tuam indige +
 mitatem, quoque amplius semetipsum ar-
 guere & abominari, non solum prop-
 ter defectus & lapsum suum, quos ani-
 maduertit, sed etiam, quia pro se no. ut
 multas reate noxas, quas solus DEVS
 in multis cognoscat. Qua etiam de causa, Greg 5.
 ut idem sanctus Doctor perhibet, p. 6. m. 6. 7.
 ordinavit DEVS, ut seru. sui perfecta
 obsequia praedite. contra sua voluta. e adhi-
 beantur Ecclesie gubernaculo, cogin-
 tuque conuersari cum proximis, ut du
 C 6 alios

42 TRACTATUS DE

alios ad perfectionem verbo et exemplo
cohortantur, in suorum defectum no-
titiā veniant, atque ita & melius se
cognoscant, & submissius de se sentiant.
Vnde saepe numero fit, ut ubi se exalti-
mabant maximam pietatis iacturam
facturos, & demolituros qui quid an-
tē edificassent, tibi misericordiae diuinae
beneficio accessionem magnam faciant
ad virtutes, & bonis spiritalibus supra
modum locupletentur.

AD HÆC eiusdem lucis benefi-
cio, uti augeat profectus in sanctis sic
elarius potentiam & bonitatem Deo in-
finitam omniaque eius attributa & per-
fectiones, ac quanto honore & reueren-
tia dignus sit, cognoscunt. Vnde sequi-
tur, ut se quodque accuratius cognos-
cant, & humilius de se deinceps sen-
tiant, quandoquidem liquidius cer-
nunt, quam longe ab sint a perfectione,
quam habere debent, quod quod Deo
cum dignitate & fructu spiritali serui-

Aug. l. de
Epir. & lit.
c. 56.

re concupiscunt, id est AUGUSTINVS
significare voluit, cum scripsit: Multi
in hac vita ille profecit, qui quam longē
sit a perfectione iustitiae proficienda cog-
nouit. Vnde fit, quod tam parui se faci-
ant,

49 PROPECTV SP/RITVALI.

nant, ve se tanquam puluerem terræ des-
 piciant, quemadmodū conficitur S.
 GREGORIUS, dum ait sanctos ho-
 mines quo in cognitione Dei amplius
 proficiunt, hoc plus se contemnere,
 ne haud secus quasi nihil essent, vel prope
 modum nihil.
 HINC verò etiā id sequitur, pios, dū
 plus proficiūt, maiore potè desiderio
 flagitare structum faciendi, tū quia per-
 fectius cognoscunt se esse ad id obliga-
 tos, tū quia vires ampliores in eam
 rem adepti sunt à Deo, cui intelligunt
 nihil conatum suum esse grauissimū.
 Et enim, cur, quæ so, homo iustus non
 steneat in studio proficiendi in Dei ser-
 uitiū, quī puris animæ suæ oculis &
 bonitatem Dei bonitatem, & misericor-
 diae maximæ testimonia, & eximi-
 am amorem, quo se prosequitur, per-
 spicit, qui se in hoc studio incredibile
 conciliat voluptatē diuinæ. Clemen-
 ter, dicit, vobis, quo constantius
 in eadem voluntate persistit. Quomo-
 do non conetur omnem lapidem mo-
 uere, ut seipsum Dei ad perfectionē omniū
 virtutum consequendam, qui potest

Greg lib.
 25 mor. 8.
 2.



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

90 TRACTATUS DE

claro & presenti iudicio, omni animi
perturbatione exclusa plene estimare
valorem vel unius gradus in amore di-
uino? neque enim precium eius aliud
est, quam ipse DEVS, quem amore ac-
quirimus, & amore possidemus. Dein
de, qui non ignorat hunc amorem esse
thelaurum infinitum, omnis mensura
limitumque experientiam, cum amore
Dei nullus sit modus, neque mensura.
Et qui scit, quoniam virtutum se hodie plus
profecerit, hoc maiorem in amore deo
accessionem faciat, ac proinde firmius
per gratiam & gloriam deo perfruatur,
quem beneficiorum amoris possidemus?
Qui oculi, talia contuentes, non dele-
tescit tanta pulchritudine? Quod eos
hæc sentiens, & degustans, non ardeat
tantum boni desiderio?

Psal 76.

EGREGIUS hunc profectus spiri-
tus prouentum intelligebat sanctus rex
David, cum diceret: *Et dixi, numquam
sibi hæc mirata dedit a excelsis. Ille post
multos annos in suis operibus exactis,
cum sedulo diuina beneficia sibi colla-
ta perpenderit, occasionesque quas ha-
beret numen diuinum colendum et
tandem ingenti animo & fiducia hinc
decer-*

PROFECTV SPIRITVALI 32

decernit à nouo inchoare vetera pieta-
lis officia, nouoq; ardore perficere, ac
simul ingenuè confitetur hoc studiū
suum nō à se, sed à sola potenti manu
DEI proficisci. Multos annos impen-
derat in seruitio diuino, & tamen iam
fateretur se primū incipere: nam vt in
hac verba Ambrosius Ansbertus scri-
bit, profectus in virtute, quem faciunt
electi, non est aliud quam initium ser-
uendi DEO, & quotidie dicantur inci-
pere, quia omnibus temporis momen-
tis virtutem virtuti solent adiungere.
MILTRES boni, ubi semel initium
fecerint congregandi cum hoste, etiā
si hostem irruere videant, terga non
vertunt, sed pergunt fortiter dimicare,
quamdiu præsidia sociorum non de-
sunt, & spes maiorum affulget spoli-
orum. Nautæ quoque, dum mare trā-
mittunt, contra aestuos & oblectates
fluctus cursum suum retinēt, donec in
portum tranquillū perueniant. si id
homines factū ob caducam & tē-
poralium rerum quietū, quanto
æquius, semper DEI qui iter celeste in-
gressi sunt, nullis difficultatibus arum
sue reuocari ab insitūto semel cursu
de-

*Ansb. in v.
12. Apocah.*

bent, sed potius de virtute in virtutem
 progressum continenter facere, cum
 adiutorem habeant. CHRISTVM
 verum Deum, qui suppeditet vires ad
 iter cōtinuandum, merita quoque sua
 passionis offerat in quibus confidant.
 Deinde auxiliares habeant omnes
 sanctos qui pro ipsis intercedant, deni-
 que firmissima maximaque spe nūctus
 victoriae, & praemij celestis omnibus
 victoribus promissi.

A Equum & iustum est, ut ducem es-
 in te sequamur S. Paulum Apostolū,
 qui post tantos labores pro religione
 Christiana propaganda exantiaros,
 post tot merita in caelis collecta, tamen
 nihil illa pendenda putavit, ut aspira-
 re posset ad sublimiora ita enim alicu-
 bi loquitur *Fratres, ego me nō arbitror
 comprehendisse Vnum autem: quae quae
 dem retro sunt obliuiscens, ad ea vero,
 quae sunt priora extendens in eipsum, ad
 destinatum persequor, ad brauium
 superna vocationis DEI. Quae retro
 sunt, inquit B. CHRYSO. T. appellat
 praeterita vita bona opera priora vero
 vocat opera deinceps à se ad gloriam
 dei futura, ut hac ratione se iustam
 met*

Philip. 3.

*Chrysostomus
 3. ad Phil.*

PROFECTV SPIRITVALI. 33

met ad reliquum vitæ tempus maiore
& ardentiorē studio transigendum,
eōq; magis, quo à meta & brauiō pro-
pius aberat, & certior spes affulgebat
palmæ celestis aliquando confecto vi-
tæ curriculo obrinendæ.

ATQ; hæc sunt rationes, quæ vehe-
menter commouere possunt omnium
seruorum DEI animos, tum incipien-
tium, tum etiam eorum qui in cultu
pietatis maximum progressum fece-
runt, dunt tamen & nonnullæ aliæ ra-
tiones, his pessimiles, quas summam
hic perstringemus. Eas sanè æquum
est, ut omnes sedulo perpendamus, ut
vi & efficacitate earundem animati im-
pigeri in profectu promouendo persi-
stimus. Principio ergo cum, Deus sit is
qui est, hoc est maiestatis bonitatisq;
immensæ, totaq; perfectione sua infi-
nitus, merito illi quoq; debetur infini-
tus cultus, infinitusque honor & glo-
ria. Cum autem tantum cultum, tan-
tumque honorem illi deferre non pos-
sumus, neque enim capaces sumus
virtutis infinitæ, prorsus æquum est,
ut quicquid seruicij & gloriæ pro viri-
tibus nostris possumus, contentemur vi-
sibus

ribus ab ipso DEO nobis concessis, illius maiestati deferamus, atque ideo in dies illi noua officia, nouosq; honores cum omnium virtutum incremento exhibere conemur.

AMOR, quo Deus nos amat, & ab eterno amauit infinitus est, quis hic amor est ipsa diuina essentia, & rationi- taque admodum consentaneum est, ut quoniam amore in finem illi re- pendere non possimus, saltem amorem non coerceamus certis limitibus, sed in dies eundem exercitio gratiarum bo- norumque operum augeamus, & qua- si carbonibus accendamus, quibus di- uini amoris flamma accendi & conser- uari solet. Præterea cum beneficia ex hoc infinito amoris fonte profecta sint magnitudine immentia, & multiplici- ter innumerabilia, singulatim autem beneficium nostræ redemptionis, quo omnia opera à Christo facta, omnia uerba ab eo enunciata, omnes pæna- pro nobis tolerata, ac deniq; omnia gratiæ, spiritualiumq; charismatum do- na comprehenduntur; extra omnem controuersiam est, non posse nos dig- nas tantis beneficijs gratias rependere.

ac

PROFECTV SPIRITVALI. 55

ae proinde æquissimum est, ut saltem
quantas animi nostri capere possunt
gratias referamus, beneficia accepta
semper bene vsurpando, & fructum
aliquem salutarem ex eis eliciendo, de-
inde diuini eius mandatis ac con-
silijs obsequendo, hæc enim est gra-
tissimum actio & satisfactio, quam ab
omnibus profectus sui studiosis postu-
lat. Et quoniam quicquid hactenus
a nobis factum est, exiguum quid-
dam est, si conferatur cum digni-
tate meritorum, iure exigere quo-
tue, ut quotidie in bonorum
historia beneficiorum vni de septem cep-
torum consiliorumque obseruatione
incrementum sumamus.

Divs adhuc lege sua sanctis-
sima tantam animi puritatem, cor-
disque munditiam nobis imperat,
nempe ut nulla eam vel de huius vel
veniali culpa inquinemus, quan-
tam certe, quæ in herbis nostris
reflexu non possumus, quis
seu audeat dicere se immungra-
mab omni sordis peccati? Quare mi-
nimum conari debemus, ut saltem in
singulos dies, quoad fieri potest, animam
nostram

nostram, à peccatis in quæ fortè inci-
 mus per poenitentiam expurgemus,
 reseruando propositum per studium
 & feruorem bonorum operum de cæ-
 tero diligentius omnis generis peccata
 fugiendi.

GRAT Ætiam internæ venustas
 & dignitas, quam in hac vita, bonorū
 operum exercitatione ab eadem ipsa
 gratia profecta, consequimur, tantū pro-
 tij est, vt verbis exprimi nequeat: præ-
 mium quoq; gloriæ, quod bonorum
 operū merito in vita æterna debetur,
 tam nobile est & sublime, vt omnem
 humanam intelligentiam longissime
 excedat. Vera igitur prudentia & sapi-
 entia extorquet à nobis, vt cum sollici-
 tudine quotidie in bonis operibus pro-
 ficiamus, bonaq; vitæ merita ardentibus
 desiderijs Deo placendi multiplice-
 mus: vt sic maior in nobis ad gratiam
 diuinam accessio fiat, quæ locupletet
 & exornet animam nostram, remune-
 rationemq; æternæ gloriæ cumulat or-
 rem reddat, cuius beneficio & Deum
 amplius glorificabimus & perfectius
 conspectu eius in cælo, proficiemus.

Tempus siquidem huius vitæ, in quo
 lolo

PROFECTV SPIRITVALI. 57

solo mereri aliquid possumus, breue est, & hora mortis quæ omnē merendi facultatem abscindit, tam incerta & anceps est, vt merito maximam iacturam fecisse dicendus sit, qui vel minima temporis particulam sine aliquo boni operis fructu transmiserit, quādo quidem quolibet puncto temporis bene impeti gratiæ acceptæ thesauros ipsamq; gloriam æternam adaugere possumus.

CAPVT VII.

Quam necessaria & salutaris sit doctrina de progressu in dies faciendo in vita pie sanctæq; inchoata.

QUISQVIS probè cognouerit, quam necessarium sit ijs, qui DEO seruire eceperunt, proficiendi studium, quam gratum sit diuinæ maiestati, quamq; Ecclesiæ sanctæ fructuosum, facile intelligit quam necessaria quoque & salutaris sit doctrina de eodem argumento instituta. Neque enim dubium est, summè necessarium esse atque vtile, siue viuissimis sermonibus, siue libris scriptis fideles exhortari vt à peccatis mortalibus abstineant.

TRACTATUS DE

abstineant, quæ hominem à Deo separant, mediâq; præscribere, quibus, ubi lapsi fuerint, Deo reconcilietur. Sed neque minus necessarium est & vile eos fideles, qui iâ abstinēt à talibus peccatis, cæperûq; seruire Deo, animare ut in virtutum studio bene inchoato progressû indies maiore facere cõnentur, præsidiaq; illis suggerere ad hoc institutû prosequendû sibi ubria. Per exiguis enim boni operis fructû in nobis existere, si simulatq; initiû fecerim⁹ seruendi Deo, mox in vetera vitia, vel etiam grauiora, relaberemur. & iâ ex diuinis scripturis, Patrûq; vâctorû dictis supra ostendimus, eos qui post inchoatâ sanctâ vitâ nō cõcedunt ad maiorem vitæ perfectionem, in manifestû periculus cõuenire repediendû, & in pristina peccata relabedi. Ac recedamus à quos in tepiditate sua peristite, nec fieri mox deteriores, tam è perspicue ante proponimus, si spectem⁹ & amp̄iore Dei gloria, & Ecclesiæ salutē, paueros seruos de in virtutû studio prouectos, pluris facendos, quàm multos languidos & negligentes.

CAETERVM, vt ij qui fundamēta eni-

PROFECTV SPIRITVALLI 59

tus diuini iecerūt, in ædificio suo spirit-
tuali persistant, & in Ecclesia Christi
multo numerentur, quibus cordi sit pro-
gressum facere in virtutū schola, neces-
sariū est, vt in cōcionibus, & exhortati-
onibus, quæ ad populū habentur, sæpe
numero tractetur de adiunctis ad pro-
fectum spirituale idoneis. Et quia in ce-
tu fidelium multi esse solent, qui non
admodū firmū propositū faciunt de-
seruēdæ vitæ p̄uersæ, sc̄incercq; deinceps
seruēdū DEO, seruo & sedulo aga-
tur de iis quæ commouere eos possint
ad detestanda peccata lethalia, & ingre-
diendam vitam inculpata. Et rur-
sum quia in eodem non desunt alii,
qui firmiter decreuerunt DEO seruire,
sæpe serio agitur de iis, quæ eos per-
moueant ad amplectenda CHRISTI
consilia, vt pote ab æterna sapientia pro-
fecti, & ad vsurpandam orationem
mentalem, mortificationem, piorum
librorum, lectionem, ad exercendas
quoque virtutes humilitatis, secun-
dum perfectissimum earum gradum,
denique ad cauendas occasiones om-
nes & pericula peccandi. His eni in
medijs gradam diuinam conser-
uamus

uamus, & fructum in seruitio diuino facimus.

Speciatim autem necessarium est in iisdem concionibus tradere documenta ad cauenda delicta venialia opportuna: nam inter omnia praesidia ad fouendam augendamq; gratiam atque virtutes in eorum animis, qui coeperunt seruire DEO, principem facile locum tenet, studium assidue à lapsibus venialibus mentem expurgandi, eo quod eam debilitent, & disponant ad lethales. Id si in concionibus praestandum est, in libris quoque qui ad fructum spiritualem, animorum eduntur pressari debet, vt sicut certi exstant, qui data opera conscripti sunt ad extrahendos homines è peccatorum sordibus, & complectendum studium virtutum: sic non desiderentur alij, qui data opera doctrinā tradant congruentem illis, qui iam virtutum viam ingressi sunt, & indies ad perfectionem maiore aspirant. Hoc doctrinae in Ecclesia necessariae discrimen, ex dissimili fidelium dispositione natum declarat S. PAVLVS scribens ad Hebraeos, cū ait quosdam fideles esse paruulos quibus lacte

Heb. 5. 6.

PROFECTV SPIRITVALLI. ¶

opus sit, non solido cibo, indigereq; ut doceantur qua sunt elementa exordij sermonum dei, hoc est prima doctrinae Christianae principia, quae sunt Poenitentia agere, peccata mortalia fugere, usurpare sacramenta ad salutem necessaria. Addit hos *exponit esse sermonis iustitiam*, hoc est, ut exponit B. ANSELMVS, doctrinae quae conuenit perfectis, vel ut Cardinalis Caietanus, doctrinae quae agit de profectu in virtute, & addit, esse alios fideles in Ecclesia similes hominibus proxijs, & etatis, qui indigent cibo solido, hoc est doctrina, quae tradat modum faciendi progressum in studio virtutum, perueniendiq; ad eorum culmen & perfectionem caritatis: Nā, inquit, sicut lac praebet in infatibus, non ut sit perpetuus eorum cibus, sed tantum ad breue tempus donec adolescant & solidioris cibi capaces sint, sic fidelibus initio conuersionis traditur doctrina quae eos permoueat ad peccatorum mortalium odium, postea vero cum ceperint seruo seruire Deo, sublimior doctrina eis proponitur de progressu in omni virtute faciendo.

Quamvis autem per difficile sit multis

Ansel. &
Caiet. in 2.
s. ad Heb.

tis hominibus persuadere vt peruet-
sam vitam deserant, & ad DEVM ex ani-
mo conuertantur: tamen non minus
difficile est persuadere multis seruis
Dei, qui iam ceperunt seruire Deo, vt
porro in cæpto cursu progrediantur: i-
mò longè videtur difficilius, quia ad
faciendum principium seruiendi Deo,
sufficit vnus contritionis actus, firmū-
que propositum à noxa mortali absti-
nendi, quod quidem vnico temporis
momento, post vnicum verbum bo-
num auditum concipi potest: verum
ad proficiendum, & perseverandum
in vita sancta, opus est longa exercita-
tione in omni virtute, diuturna que &
constanti pugna aduersus vitia, passio-
nes, & tentationes inimici. Et experie-
tia quotidiana docet multos esse qui
incipiant Deo seruire, paucos autem

Bern. Ep.

*96 Bon. in
pharet.*

lib. 4 c. 27.

qui in studio inchoato perseverent. Sic
constatetur. S. BERNARDVS, & cōfirmat
S. BOÑAVENTVRA, Multo, inquit, se-
ciliū reperies multos seculares conuertit
ad bonū, quā vnū quempiā de religio-
transire ad melius. rarissima autē in
terris est, qui de gradu, quē fortis religio-
o semel attigerit, vel parum ascendit
E. Cui

PROFECTV SPIRITVALI. 63

Cum ergo hic labor in seruitio diuino proficiēdi ex vna parte tā necessarius & salutaris sit vnicuiq; & toti mūdo: ex altera vero parte difficile quidē, sed nō minus vtile & necessariū, vt existent libri de hoc argumēto conscripti, inter optimos offerimus hūc presentē tractatū, cum desiderio maiore DEI gloriam, & salutem animarum eius lectione procurandi.

CAPVT VIII.

De fructu spiritali quē haurire possunt incipiētes seruire DEO ex hac doctrina de ratione proficiēdi in virtute.

AD finem huius tractatus vna ad huc cōmonestatio occurrit necessaria ijs, qui aut inceperūt, aut certē cogitauerunt incipere dare operam verę pietati, nempe hæc. Vt qui piam viuendi consuetudinem iam dudum inierunt, si fortē incidant in conciones aut libellos, quorum sermo in eo vertitur, vt auditor vel lector auocetur à peccatis lethalibus non inde animam capiant alicuius tepiditatis, & arbitrentur nec sibi longius esse progredien-

D 2

diendum, cum certè, vt diximus, longius progredi debeant, hoc est, etiam à leuionibus lapsi hi, qui lethales non sint, cauere, & optimis operibus Deo, gratissimis, etiam si sub pœna æternæ damnationis mandata non sint vacare. Et contra, quid vel iam primum inchoarunt, vel inchoare cogitarunt san-ctam viuendi rationem, non ilicò terreantur, vel animum despondeant, si incidant in conciones vel libellos, quibus studium in virtute proficiendi & ad culmen perfectionis contendendi inculcatur, ex stimantes nimis arduam & difficilem esse virtutum viam, & quam centesimus quisq; mortalium vix assequi possit. Neq; enim ille in virtute progressus proponitur tanquàm ad salutem consequendam prorsus necessarius, sed tanquam valde vtilis & salutaris. Qui enim ad hanc perfectionem vitæ contendunt, puriorem à peccatis cōseruant animum, & securiorem sibi reddunt suam salutem, & maiorem gratiam gloriamq; apud DEVM promerentur: deinde in hac vita ampliore pace & consolatione, quam Deus mundis ceteris de imperitis, perfruuntur, & aliorum dolorum

PROFECTV SPIRITVALI. 63

donorū spiritualiū penē innumerab. liū
quæ DEVS communicare solet omni-
bus in virtute proficientibus partici-
pes fiunt, vt supra diximus, & deinceps
latius exponemus.

ITAQ. non habent, quod idcirco
de sua salute desperent: hunc verò
fructum ex hac consideratione carpe-
re possunt, vt sese humiliēt, submis-
sius de se sentiant, dum animaduer-
tunt se tam longe abesse à pietatis of-
ficijs, quæ diuinę maiestatis excellen-
tia meretur: totoque pectore gaudeant
non deesse Deo in Ecclesia pios seruos,
qui cū tanta perfectione vitæ Christi-
anæ illi seruiant, gratiasq; agant se illū
sensum & notitiam consecutos: nam
latari de profectu & perfectione alio-
rum, propter gloriā quæ inde in DEVM
redundat, est quodammodo participē
fieri & profectus & perfectionis ipso-
rum. Deinde & alium fructum inde
carpere queunt, nempe vt magno stu-
dio & sollicitudine in precibus suis ad
Deum fuis ob oculos ponant suam
imbecillitatem, enixęque petant effi-
cātem voluntatem & robur spiritale in
diuino suo seruitio proficiendi, ac cer-

PROFECTV SPIRITVALI. 68

to confidant quod si in oratione con-
stanter perseuerarint, se donum ex libe-
rali & misericordie eius manu acceptu-
ros, studiumq; proficiendi, quod iam
apparet, arduum & difficile, & primo
aspectu terret, facile & suauiter futurum,
ac ex cogitatione, quod in dies in bono
tam ineffabili, ut est amor Dei, maio-
rem semper accessionem facere pote-
runt, incredibilem capturos voluptatē.

C O N S I D E R A R E siquidem debent
hanc viuendi rationem non viribus ho-
minis naturalibus perfici, sed diuinis à
C H R I S T O domino collatis. ille enim
omnibus proficiendi studio ardenti-
bus libenter & per liberaliter gratiam
suam communicat, qua res arduas red-
dat faciles, amaras dulces, & graues le-
ues. Considerent etiam in **C H R I S T I**
Domini nostri Ecclesia, semper fuisse
& adhuc esse innumeros homines in
omni sexu & statu, in virtutum cultu
admodum prouectos, qui eandem ali-
quando difficultatem quam illi nunc
experiantur, in colenda vera pietate
senserint, sed quia cum ingenti fide-
cia erga Christum iter illud spiritalis
progressus ingressi sunt, eodem pro-
piti-

66
con-
libe
ptu-
iam
rimo
um,
ono
maio-
pote-
otatē.
ebent
us ho
nis à
enim
lenti-
atiam
as red
es le-
s: r
fuisse
es in
cultu
in ali-
nunc
peccate
a fidu-
irilalis
a pro-
piti-

PROFECTV SPIRITVALI 67

pito & adiuuante, admodum pla-
num & iucundum esse deprehende-
runt.

CONSIDERET & quilibet
figillat in quæ DEVS ipsi bona con-
tulerit, quam multa aliter se habue-
rint, quam iam habeant, quomo-
do olim multa vitia amârit, quæ iam
horreat, quomodo olim ne mini-
mam quidem orationem facere, nec
missam, vel concionem audire sine
distractione animi potuerit, nunc
autem voluptatem etiam capiat, ex
orationibus faciendis, & officijs diui-
nis, concionibus que audiendis. Ita-
que sicut Deus hæc in ipso operatus
est sine vlllo suo merito, cum longissi-
mè à salute abesset, cumque à peccato
ad gratiam, à morte ad vitam per-
traxerit, & à carnalibus desiderijs ad
obsequendum diuinis inspirationi-
bus, profusè confidendum est, quod multo
magis eum deducere possit è bono
statu in meliorem adiuuante diuina
gratia.

HAC tentatione terroris & tre-
pidationis inanis pulsatus quoque
fuit

60 TRACTATUS DE

Aug 1a.
conf. c. 11.

fuit AVGVSTINVS initio suæ conuersio-
nis tamque dictis considerationibus
expugnauit. Principio videbatur illi
nimis ardua puritas legis Euangelicæ,
& maxime perpetuæ continentia ob-
seruatio, animumq; despondebat, se
non posse pertingere ad tam glorio-
sam carnis yctoriam. Cum igitur timi-
dus & desperabundus in illa cogitatio-
ne hæreret, sedulo expendere cepit in
Ecclesia Christi non modo extisse &
esse graues & fortes viros qui graui-
simis penitentijs corpora sua castiga-
rent, & ad culmen omnium virtutum
peruenissent perpetuamq; castitatem
coluissent, vti erat S. ANTONIVS, & alij
eius imitatores, verum etiam innume-
ros adolescentulos, virgines, & viduas,
ac teneræ ætatis pueros & puellulas,
qui perpetuam continentiam custodi-
rent, alacresq; ad vitæ Euangelicæ per-
fectionem contenderent, ac tandem
cor eius sic illum alloquebatur. Tu non
poteris quod isti & ista: an verò isti &
ista in semetipsis possunt, ac non in Do-
mino Deo suo? Quid in te stas, & nõ stas?
Projice te in eum, noli metuere, non se sub-
trahat, ut cadas Projice te securus, exci-
piat te

PROFECTV SPIRITVALI. 69

pietate & saluabit. Considerabat nimirum sanctus ille mutationem, quam Deus in Ecclesia fecerat, & quotidie faciebat conuertendo magnos peccatores in heroes sanctissimos. Atq; hæc contemplatio omnem languorem illi ademerat, formidinemque inanem discusserat, ingentem quoque animū illi addebat proficiendi de virtute in virtutem, firmissimā spem dabat Christum sibi affuturum. Sic ipse fatetur in alio loco his verbis.

Exempla seruorum tuorum, quos de nigris lucidos, & de mortuis viuos feceris, congesta in sinū cogitationis nostræ urebant & absumebant grauem torpore, ne in ima vergeremus, & acciderent nos valide ut omnis ex lingua subdola contradictioni flatus inflammare nos ardeus posset, non extinguere. Atque hi sunt fructus, quos homines cōsiderati hauriunt ex hac doctrina, quæ traditionem in virtute proficiendi.

Atq; illi quidem, qui viuo desiderio ardent sui profectus, (quibus hæc doctrina admodum est necessaria, nec paruo numero reperiuntur in **DNI** Ecclesia) ex illa hauriunt certam & per-

D s spicuum

70 TRACTATUS DE

specuam notitiam perfectionis cuius
que virtutis, ac media quibus com-
parentur, tum robur eas opere ipso ex-
ercendi, dum vnicuiusque virtutis do-
tes considerantur, & remedia contra
tentationes tepiditatis, atque arma ad
repellendos virtutis hostes, tum quo-
que ad cognoscendas fugiendasque
imposturas, quibus Satan conatur im-
pedire profectum nostrum in diuino
seruitio, ac demum in quo natura pro-
fectus spiritalis consistat. Quibus vero
non inest illud viuum proficiendi de-
siderium, ex hac doctrina discunt hu-
militatem & confusionem sui, vt dixi-
mus, qui fructus tam præstans est, vt
Deus propter illam sepe communi-
cat viuum desiderium proficiendi.

Vt vero ex lectione huius libri si-
miles iam dictis colligantur fructus,
rogamus Christianum lectorem, vt
cum desiderio proficiendi illum per-
legat: nec enim dubitamus Deum Opt.
Max necessaria præsidia ei suppedita-
turum vt ad maiorem suæ diuinæ ma-
iestatis honorem & gloriam aliquando
reipsa, quod ex animo desiderauit
exequatur.

TRAC